

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè  
fidelis & verè devoti ...**

... De Excellentiis Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

**Louis François <d'Argentan>**

**Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726**

**VD18 80217915**

Consultatio XXIX. Advocata charitativa, ubi demonstratur, qua ratione  
sanctissima Virgo nostram defendat, & agat causam in cœlo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45581**

minoris seductum esse te ipsum à interim bona anima ipsi devotæ  
serpente infernali ; sed sceleratum benignissimam in ipsa invenient  
tuum caput non minus , quām an- Advocatam , uti percipies ia  
tiqui illius serpentis conteretur : Consultatione sequenti.  
Ipsa conteret caput tuum ; Dum :

## CONSULTATIO XXIX.

*Advocata Charitativa , ubi demonstratur , qua  
ratione Sanctissima Virgo nostram defendat & agat  
causam in celo .*

**C**um tertio inquire-  
rem meum Thrasil-  
lum, accessi Eccle-  
siam, ubi noveram  
non inquisitum  
me frustra, cōquid  
affidus dīvinis affisteret officijs,  
in quo magnum toti Clero præbe-  
bat Exemplum. Adveniebam eo  
prosū tempore, quo cantabatur  
pulcherrima huc Antiphona de  
Sanctissimâ Virgine : *Sub enim  
præsidium : Cūque viderem to-  
tum populum unā cum presbyte-  
ris prostratum, flexisque in terrā  
genibus, quodque omnes suos vi-  
derentur conjungere animos, suā-  
que corda non minus, quām suas  
voces, ad efflagitandum auxilium  
& protectionem Sanctissimæ Vir-  
ginis, admittendo , ut securos ec-  
cūtos se præstarent sub umbrâ ala-  
rum ipsius ;*

Lippmann:  
1. Iunij. *Memineram prodigijs , quod  
non ita pridem legeram in vitâ*

Sancti Medardi à Lyppomano exa- Historia  
ratā. Recenset is de Magno hoc memorand  
Sancto , quod , cum adhuc esset da de S.  
puer , ita fuerit affectus ac deditus  
Medardo , quem ser- operibus misericordiæ , ut cohibe-  
re se non posset , quin absque inter- vivit aqui-  
missione faceret Eleemosynam , la intactum  
elargiendo pauperibus , quidquid à pulvri.  
poterat ; ita ut parentes ipsius vi-  
dentes nunquam non augeri ipsius  
zelum , & metuentes , ne tandem  
abiret in excessum , ipsum de hoc  
reprehenderent , ipsisque prohibe-  
rent , ne amplius quidquam daret  
absque licentiâ suâ : Sed cū à  
charitate suâ temper magis magis-  
que urgeretur , oblatâ Eleemosy-  
nae facienda occasione , facta sibi  
obliviscebatur prohibitionis , se-  
quens imperium ac motum Spiritus  
DEI .

Accidit aliquando , ut daret ei-  
cum pro Eleemosynâ pauperi cui-  
dam peregrino , quem labores iti-  
neris taliter exhauserant viribus , ut

Aaaaaa 2. puer

puer Medardus , aspiciens ipsius misericordiam fuerit commotus ad commiserationem ; Sed perpendens , quid fecerit , & metueas , uti pueri solent , reprehensionem parentum suorum , egressus est domo , & concessit in campum : ceciderat tunc ingens pluvia , & credebat domi bonum hunc puerum ex eâ haud leviter maledictum ; Unde & dimisus famulus ad inquitendum & reducendum ipsum . Qui inquietabat eum , vedit ipsum à longe medias inter pluvias , sed bene obte-  
tum in usitato providentia divinæ prodigio . Quædam enim aquila se collecans super caput ipsius su-  
ásque expandens alas conficiebat ipsi quoddam Conopæum sive tentorium non naturale , nec arti-  
ficiale , sed omnino prodigiosum ; Siquidem tam exquisitè erat con-  
fectum , ut nec unica quidem gutta asperserit puerum . Servus non minus stupefactus , quam lætabun-  
dus ex aspectu hujus prodigij , intermittens reducere puerum ad pa-  
rentes suos , maximâ celeritate per-  
rexit ad ipsos , nuntiaturus quid vi-  
derit , ipsosque cum totâ familia parentes eò ducaturus , ubi & ipsi in eodem statu viderent puerum : Accurrunt omnes turmatim ac ce-  
lerrimè , suos vocaturi in testimo-  
nium oculos circa id , quod auscul-  
taverant modò aures : Venerunt  
igitur ipsimet , accesserunt propè ,  
considerabant factum , cùmq; pro-  
prijs aspicerent oculis quod ipsi

narratum fuerat , parentes abrepti gaudio considerunt in collum pueri , quem suis irrigabant lacrymis , mil- lenis laudibus extollentes Deum , totq; benedictionibus charissimum suum prosequentes filium , cuius agendi modum ac bona opera tam luculenter approbaverat cœlum , & pro eo , quod faciendas ipsi inter- dixerant Eleemosynas , jam applau- debant , ad gratulabantur , admo- nebant , ut ipsas deinceps faceret pro arbitrio .

Recensebam hanc Historiam Majus pre-  
Thrasilo , credens ipsum stupendum dignum  
quid hic aspecturum , ipsamque <sup>Sanctissimæ</sup>  
estimaturum plurimi ; sed obitu-  
pui , dum placide dixit mihi : Hem <sup>Virginis in-</sup>  
favorem configica-  
quid magni , asperisse aliquando ium ad  
puerum servatum à pluvia & tem- <sup>ipsam</sup>  
pestatis alicujus iniuriâ , sub alis  
cujusdam volucris : Est quidem ali-  
quid , verum quid sit respectu al-  
terius cujusdam prodigiij , quod quasi nemo advertit , quodque ni-  
hilominus absque comparatione  
majus , magisque stupendum est  
illo ? Auscultabam , quid mihi di-  
cturus erat , & credebam , enarran-  
dum mihi ab ipso aliud quoddam  
ejusdem rationis prodigium : Sed  
altius attollere meum voluit ani-  
mum , considerandam mihi pro-  
ponens rem magis admirandam :  
Aspexisti , inquietabat mihi , totum  
hunc populum genibus flexis , ut  
confugeret subitus alas protectio-  
nis Sanctissimæ Virginis ; Erat sa-  
nè ipsorum ingens numerus : Ve-  
rum

rum si sublatus fuisses suprà mun-  
dum, in sublimem quandam lo-  
cum, unde aspicere potuisses, quid-  
quid agitur in tota amplitudine  
mundi Christiani, aspexisses mil-  
lionum millions hominum ex o-  
mni conditionum genere, recipere  
se eodem tempore subitus umbram  
carundem clarum, dum interim  
immugint tonittua, id est, horri-  
biles minæ irascentis Dei; dum ir-  
raunt tempestates, & copiosi im-  
bres misericarum, calamitatum, sup-  
pliciorumque Dei effunduntur su-  
per capita peccatorum, ad punien-  
dum ipsorum Crimina, quos ta-  
men omnes protegit Sanctissima  
Virgo, omnesque munit ab inju-  
tiis cœli, ita ut in medio tempe-  
statum nec madefiant in minimo.

Siquidem unde est, quod non  
continuo & absque intermissione  
feriantur ab ultrice manu Dei? Quis impedit, ne totenormia Crimina, quae indies committuntur in  
cunctis mundi partibus, quaque  
clamoribus suis pulsant cœlum, ut  
provocent iracundiam Dei, casti-  
gentur illico & absque mora? Quis  
obstat, ne omnes peccatores pe-  
reant, nisi quod constituti sint  
sub aliis potentissimæ protectionis  
Sanctissimæ Matris Dei? Illi voci-  
ferantur omnes ad ipsam è cordis  
sui intimo: Sub tunus prasidium  
confugimus Sancta Dei Gentrix; illa  
non abjicit ipsorum preces; illa  
non potest (tam pio, tamque be-  
nigno est corde) vel unicum repel-

lere ex omnibus ad ipsam confus-  
gientibus; illa denegare non po-  
test protectionem suam invocanti-  
bus se: quicunque autem ab ipsa  
protegitur, securus est, se à Justi-  
tiâ Dei, severè non accipiendum.

S. Fulgentius pro certō tenet: Cœ-  
lum & terrā jam dudum ruiſſent, 4. Mytho-  
ſi non MARIA precibus ſufte-  
naret.

Sed itane, dicebam ipsi, crede-  
re me voles, tenere sic ipsam par-  
tes inimicorum Dei, illosque pro-  
tegere, qui offendunt ipsum? an  
ipsa causam agat petius peccato-  
rum, quam illam proprij Filij sui  
ac Dei sui? an hujus commoda non  
magis habeat cordi, quam illa pec-  
catorum? Ubi est princeps, qui  
offensum se non crederet ab eo, qui  
protectorem declararet se inimico-  
rum ipsius, & refugium ijs esset,  
qui ipsum offendunt?

Et tamen , respondit mili, au-  
dis indies, recurrere omnes ad San-  
ctissimam Virginem, velut ad Re-  
fugium peccatorum, illósque om-  
nes maximā erga ipsam exstimalati  
confidentiā , camque ex parte suā  
tam benignam esse erga eos ut nec  
unicum repellat ipsorum, quan-  
tumvis summè abominandum ; Et  
pro certo tenetur, omnes eos,  
quorum ipsa curaverit salutem, in-  
fallibiliter per eam consecuturos  
candem.

Video bene, fassus sum ipsi, maximos quoque peccatores confugere ad illam, sicut & nutrire in

Aaaaaa 3 corde

corde suo occultam confidentiam, omnia bene successura sibi, modò fuerint erga ipsam devoti: Video devotionem erga illam invaluisse fermè apud omnes, & admiror: Revereor in hoc, sicut in ceteris omnibus praxin & sensa Ecclesiæ, quæ ex toto corde meo amplector, & de hoc etiam gaudeo; sed non aded bene mihi constat hujus rei vel modus, vel ratio. Hac super te instituimus Consultationem, ex-

10.76  
110.  
  
liber  
in Moy  
opera  
e Deo i  
horem  
peccator

quâ didici, verè magnum habere nos causam aspiciendi sanctissimam Virginem velut benignissimam Advocatam miserorum omnium peccatorum, illamque verè esse Mediatrixem intercessionis pro salute omnium predestinatōrum, cāmque ipsā agere omnes nostras causas in cœlo, tametsi desperatissimos, admirabili cum virtute, affectu, efficaciā. Ecce, uade incepit hanc Consultationem!

## ARGUMENTUM.

*Quod Sanctissima Virgo universalis sit Advocata omnium peccatorum, & quā proficua sit illis ipsius protectione ad salutem.*

### ARTICULUS I.

JESUS dñe  
stator, vi-  
dens causas  
peccatorum  
defendit à  
Sanctissima  
Matre suā.

**Q**uando dico, Sanctissimam Virginem universalem esse Advocatam omnium peccatorum, malè intelligeretur, si quis cogitat, ipsam opponere se Deo, agendo contra illum inimicorum ipsius causam, vel hotum sovero commoda, adversus commoda ipsius: Ex adverso namque dum agit causam peccatorum, agit illam Salvatoris peccatorum, quæ est eadem omnino; dumque sovet ipsorum commoda, sovet illa, quæ magis is cordi habet, quæque alia non sunt, quā exhibere illis misericordiam, illösque salvare omnes.

Verum est, quod qui dicit peccatorem, dicat inimicum Dei,

quodque qui dicit inimicum Dei, dicat objectum odij ipsius, & odium, quo fertur in peccatum, non minus est infinitum, quam amor, quo fertur in seipsum; Verum etiam est, quod, dum illud odit necessaria & infinita ratione, non possit nec punire illud; & nemo concipere potest nec magnitudinem odij, quo prosequitur peccatum, nec rigorem supplicij, quo illud castigat. Regius Prophetæ hoc considerans, totus ex eo stupefactus cum tremore interrogavit ipsum: Quid est hoc, o Magnæ Deus, quis novit potentiam ira tuæ dinumerare? Nihilominus, cum ponderaret plurimas, quas de bonitate ipsius habebat experientias,

itas, iterum se animat dicens: an  
dicitur. putas, quod obliviscetur misericordia  
Deus, aut continebit in ira suam mi-  
sericordias suas? Quoties videre  
ipsum fuit, inquirere quenquam,  
qui se opponeret illi, quique suam  
mitigaret iracundiam, in morem  
boni alicujus parentis, qui aliud  
non expectat, quam ut quisquam  
eripiat ipsi e manibus virgam, dum  
castigare suum vult filium.  
  
Vita libera  
de Moysis  
oppocendi  
e Deo in  
hincem  
peccatorum

Quis non obstupescat, considerans voluptatem, quam afficiebatur  
Deus, dum vidit Moysen fidem  
familium & iustum amicum  
suum, venerabundam sibi inferre  
vim, ut impedit, ne tuum puni-  
niter populum? Moyses, inquietus  
est ipsi Deus, infidelis est hic po-  
pulus & rebellis voluntati mea; &  
idem severissime castigabo ipsum:  
Domine, non permittam, respon-  
det audacter Moyses, obsecro te,  
da veniam ipsis; sed indigni sunt  
illae, meam fatigant patientiam  
sua ducitiae; irritarunt justissimam  
iram meam magnitudine criminum  
suorum; perniciete me, disperdam  
ipsos, pereundum est illis: Domi-  
ne, non permittam hoc, ne per-  
das populum, quem ut custodi-  
rem, dedisti mihi; permitte me,  
noli impedire ultionem meam, nec  
sic manus constringe mihi; exter-  
minabe populum hunc pessimum,  
tique constituam Pastorem super  
populum alium majorem & melio-  
rem: Non, Domine, respondit  
Moyses, non dabo tibi hanc liber-

tatem, nunquam in hoc consen-  
tiam; Indulge, indulge, Domine,  
indulge hoc crimen huic populo,  
vel potius verte in me ultionem  
tanum, & dele me potius e nume-  
ro famulorum tuorum, amicorum  
tuorum: Ant dimitte illis hanc Exod. 32.  
noxam, aut dele me de libro tuo. v. 32.

Quid agis, Moyses? Ut quid  
partes a sumis inimicorum Dei?  
agis illorum causam contra ipsum,  
illorumque potius tueris commo-  
da, quam illa divinae Majestatis  
sux? Et id facis tantum cum impe-  
tu, ut inferas vim ipsi, cedendum  
tibi est: Nonne metuis, habendum  
te fore reum Criminis laesa Majes-  
tatis divinae, dum ita eorum te  
declaras protectorem, qui offendit  
ipsum? Ah! propterea oppositum:  
Nunquam is reddidit DEO  
gratias, obsequium, quam miti-  
gando itam ipsius, & eruendo ipsi  
e manibus arma; nunquam majo-  
ri affectus gaudio Cor ipsius, quam  
vi precum urgendo ipsum, ut pat-  
ceret populo suo.

Sed si Deus tam gratum hoc ha-  
buit ex parte alicujus duntaxat ser- quam facit  
vi, quid judicandum sit de Sanctis 58. Virgo  
simâ Matre sua? Si ipsa non foret, Justitia  
Dei, est ma-  
nisi humili illius ancilla, qualem jor, & Deo  
se declaravit, antequam esset ip- jucundior,  
sius Mater: Ecce Ancilla Domini; quam illa  
nonne poterat opponere se ipsi, ci-  
trà quod magis offenderet illum,  
quam Moyses, cumque impedire  
potenti suâ intercessione, ne casti-  
garet peccatores? Verum illa est

Mater

Mater ipsius, & velut Mater habet supremam quandam auctoritatem; cùmque hæc auctoritas, quam nemo partitur cum illa, eam eximat à numero servorum ipsius attollit illam ad dignitatem, quæ conserat ei jus legitimum obtinendi à Deo, quidquid voluerit.

S. Methodius orat. de Purificat.

Et hinc est, quod S. Methodius ipsi applaudat in oratione quâdam, quam concinnavit de Purificatione: *Euge, Euge!* quæ debitorem illum habes, qui omnibus mutuatur: Quanta felicitas, quanta prærogativa pro te, Sanctissima Virgo! Postula audacter à Deo, quidquid volueris, jus habes postulandi ab ipso, eòquod sit debitor tuus; ipse tibi debet, eòquod illis dederis Sanctissimam suam Humanitatem, quæ majoris est pretij, quâm ea omnia, quæ petere ab ipso in bonum nostrum poteris; Et quando ipse tibi daret omnes mundi peccatores, hoc non esset tam donum, quâm solutio quædam, aut permutatio; sed permutatio, quæ nec minimum adsequat id, quod ipsi dedisti: Sola namque Humanitas, quam habet à te, nonne pluris est omnibus peccatoribus mundi? *Vicens reddens assumpta Humanitatis.*

S. Petrus  
Dam. serm.  
de Nat. V.

Sed Cardinalis Sanctus Petrus Damiani clarioribus id verbis exprimit: affirmat enim, quod omnis potestas ipsi data sit in celo & in terra, eòquod ipsem Omnipotens subdatur illi, & ipsamet

contulerit illi potentiam quandam quam non accepert à Deo Patre suo, quæ est potentia moriendi, ad redimendum omnes peccatores sui pretio sanguinis. Illa tam ingens habet jus postulandi ab ipso, quidquid voluerit pro salute nostra, ut, quando accedit ante Altare hoc reconciliationis humanæ, non tam veniat, ut oret, quâm ut imperet non veniat ut ancilla, sed ut Domina, non veniat velut subdita, sed velut Mater. Ecce verba fiduciæ plena, quibus utitur: *Accedis non solum rogans, sed impetrans, non ancilla, sed Dominâ.*

Et Sanctus Bernardus, magnus s. Bernarde per antonomasiæ erga Sanctus ferm. de Omissam Virginem devotus, & aquaductu. Filius ipsius nutritius, postquam dixisset mira de absolutâ potestate hujus Matri Misericordiæ apud Elium, in sermone quodam de Nativitate ipsius; postquam dixisset, eo nomine contulisse Deum omnem plenitudinem bonorum in ipsam, ut, dum copiosissime effluit circumquaque, recipieremus omnes ex ipsis superfluentia; ac proinde, si quid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea noverimus redundare, quæ ascendit delicijs affluens. Et postquam dixisset, & produxisset alia nobilissimis plena affectibus, quos devotione ac zelus exhalare faciebant è corde ipsius, pergit nos alloqui hisce verbis unione cœlesti & omni dulcore plenissimis.

Totius

Pulchra  
verbi S.  
Bernardi,  
quibus ex-  
fimular ad  
confidentia  
tegla so-  
dissimilato  
Vigiliem:

Totis ergo medullis cordium, totis precordiorum affectibus, & votis omnibus MARIAM hanc venit, renour, quia sic est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per MARIAM; Hoc inquam voluntas ejus est, sed pro nobis. Ad Patrem verebaris accedere, solo autem territus ad felia fugiebas: JESUM tibi dedit Mediatorem: Quid non apud talē Patrem talis Filius obtineat. Sed forsitan & in ipso Majestatem vereare divinam? quod scilicet factus sit Homo, manferit tamen Deus: Advocatum habere vis & ad ipsum? Ad MARIAM recurre & pura siquidem Humanitas in MARIAM; nos dominus dixerim; exaudiatur & ipsa pro suareverentia: Exaudiatur uique Matrem Filium, & exaudiatur Filium Pater. Quid enim & potestne Filius aut repellere, aut sustinere repulsam? Non audire, aut non audiri Filius potest? Neutrum placet. Per ipsam igitur liberum & securum accessum habemus ad Majestatem Dei. His diebus devotissimus hic Pater suum videtur congerminare Zelum, sēque attollere supra seipsum, iēque extimulans servore prolsus igneo & amoris flammā succenso, sequentibus verbis nos alloquitur.

Ita, filioi mei, hac peccatorum scala, hac mea maxima fiducia est, hac tota ratio spes mea: si enim ipsam rogavero, certus sum, quod exaudiet me; & si ipsa rogaverit:

R. P. Isaac. Consulta; Tom. III.

pro me, certus sum, quod & ipsa exaudiatur pro suā reverentiā: Quid igitur timeam, nisi quod fatis non habeam devotionis, satis fiducie, satis confidentiae in ipsam. Tandem enim, sicut Deus dare nobis noluit Salvatorem mundi, nisi per illam, sic nec vult aliquem mortalium obtainere salutem, nisi per illam, nec nos aliquam recipere ē cœlo, gratiam nisi transeat per manus Sanctissimæ Matris suæ: Nihil nos Deus habere voluit, quod per MARIE manus non transiret.

Cum Thrasillus mihi ita loqueretur magno cum fervore spiritū, populus qui egrediebatur Ecclesia, congregavit se circa nos, conficiens citò parvum diversarum personarum manipulum, qui magis magisque semper excrescebat, cōquod attraherentur à dulcore devotionis, quā prosequabantur hanc Matrem divinæ gratiæ, sicut apes attrahuntur à bono florum odore tempore veris: Thrasillus cùm visderet, formatum esse ex confluentibus quasi parvum quoddam auditorium, exaltavit vocem suam, suisque verbis conferens plus vehementiaz ac roboris, quasi prædicare vellet, adjunxit omnibus, quæ dixerat, ea quæ percipies.

Sanctus Bernardinus Senensis, qui est velut secundus Sanctus S. Bernardus, vel velut pàrvus Bernardus, Echo magni Sancti Bernardi, agens de diversis stellis componentibus splendidam Sanctissi-

mæ

B b b b b b

Nullam ac-  
cipimus  
gratiam,  
à JESU  
Christo,  
qua non  
transeat per  
Sanctissi-  
mam Vir-  
ginem.

mæ Virginis Coronam , magna  
hæc verba pietate ipsius proorsùs  
dignissima exarata reliquit, *Atem-  
pore, quo concepit Virgo Deum in  
utero suo, quandam, ut sic dicam,  
jurisdictionem seu auctoritatem ha-  
bet in omni temporali Missione Spi-  
ritus Sancti, quia non vult ipse Spi-  
ritus Sanctus, nisi per eam Commu-  
nicari, sicut & Filius, à quo Spir-  
itus Sanctus procedit, per ipsam da-  
tus est nobis ; ita ut nulla creatura  
obtinuerit à Deo nec gratiam, nec  
virtutem, nisi iuxta dispensationem  
piissima hujus Matris : Et hinc de-  
votissimus Sanctus Bernardus dicit,  
quod nulla gratia descendat à cœlo  
in terram, que nos transeat per ma-  
nus MARIAE. Et longè ante  
ipsum Sanctus Hieronymus dixerat,  
quod plenitudo omnium gratia-  
rum, quæ sunt in JESU Christo  
velut in capite, quod est ipsatum  
origo, sit etiam in Sanctissimâ Vir-  
gine velut in collo, quod illarum  
est canalis, per quem transire ve-  
lit illas omnes, ut distribuantur to-  
ti corpori lux Ecclesie : Sicut e-  
nim Corpus humanum nullum re-  
cipit influatum à capite, qui non  
transeat per collum, ita corpus My-  
sticum JESU Christi, quod est ip-  
sius Ecclesia, non recepit aliquem  
gratiarum ipsius influxum, qui non  
transeat per Sanctissimam Virgi-  
nem.*

Et paulò post adjecit : Duas in-  
venio supremas dignitates in JESU  
Christo : Unam, quod sit DEUS

eternus genitus à Patre ante omnia  
sacula : Alteram, quod abs eo,  
quod definat esse Deus, sit geni-  
tus à Matre Virgine in medio tem-  
porum ; Et duæ hæc Nativitates  
tam bene inter se convenient, ut  
non magis verè Filius sit Pater,  
quam Filius sit Matri ; non sit  
Deus major, nec magis adorandus  
in Throno Augusto, qui sinus est  
Pater ipsius, quam in patupere sta-  
bulo , ubi vilibus involusus est  
pannis, & reclinatus supra scenum  
in prælepio : Et tandem non pro-  
ducat magis verè Spiritum San-  
ctum cum Deo Patre suo, dum  
est in sinu ipsius adorando, quam  
producat illum , dum est in sinu  
Virgineo Sanctissimæ Matris suæ.

Quam stupendum prodigium,  
dicere, quod eodem tempore, quo cura  
MARIA dat esse suum humanum filium  
Filio Dei in utero suo, Filius Dei  
det esse suum Divinum Spiritum  
Sanctum in eodem hoc utero : Cùm  
ergo ipsa sit Mater illius, qui pro-  
ducit Spiritum Sanctum, nonne  
dicere possum, quod fructus arbo-  
ris, cuius tenet ipsa radicem in  
fundo suo, sint ratione quādam  
illius ; id est, quod omnia dona,  
omnes virtutes, omnes gratiae Spi-  
ritus Sancti, sint in ipsius disposi-  
tione , ut distribuantur ijs, qui-  
bus voluerit, quando voluerit quo-  
modo voluerit & quantum volue-  
rit : Hæc sunt verba Sancti Ber-  
nardini.

O MARIA ; ô Mater Admirabilis: Virgo in-

recta ab  
omnibus,  
soli deac-  
pt suum  
auxilium.

bilis : Cùm Mater tu sis nostri  
Salvatoris, es igitur Mater nostra  
salutis ; tu Mare es gratiarum, unde  
omnia flumina, & omnes amnes, &  
orantes tibi perpetuò fluunt & disfun-  
dantur in universam Ecclesiam :  
Tu es Refugium omnium paupe-  
rum peccatorum, in universo or-  
be terratum ; omnes porrigitur ad  
te manus, & tuum implorant au-  
xilium ; & tu vera Mater Misericordiae,  
qua compateris omnibus,  
nominem abjicis, neminem repu-  
pudias.

Totus hic populus huic inten-  
tus discursui, & advertens ipsum  
proficiisci non minus ex ore, quam  
ex corde Thrasili, non solum ma-  
gnâ perfundebatur consolatione,  
sed valde & validè estimulabat-  
tur ad devotionem erga Sanctissi-  
mam Virginem : nihilominus ade-  
git inter ipsos certus quispiam se-  
midictus, quem vocabant Pe-  
tronium, qui cum ostendere vel-  
let & ostendare suam scientiam

prodidit suam infirmitatem : hic in-  
terrogavit ipsum ; Quomodo San-  
ctissima Virgo, quæ modò est in  
cœlis Corpore & Animâ, aspice-  
re potest à longè omnes mites  
nostras ? quomodo audire potest  
omnes nostras preces, cum tot  
milliones hominum eodem tem-  
pore, in univerio orbe ipsius im-  
plorent auxilium : & deinde, quan-  
do videret omnia, quando audiret  
omnia, & vellet etiam efficaciter  
omnibus nostris consulete neces-  
sitatis, quomodo id posset ? id  
onus illi esset intolerabile, quo  
plurimum disturbaretur in Dei  
contemplatione.

Infelix homo, respondit illi  
Thrasillus, pro quæ rudi es ?  
quæ tenuis doctrinæ ! dum ju-  
dicas de rebus cœli, sicut de illis  
terræ. O quæ longè aliter fe-  
res habet, quæ persuadeas tibi ;  
ausulta me, & tibi de-

clarabo :

\* \*

## ARGUMENTUM.

*Quod Sanctissima Virgo non solum habeat in cœ-  
lo cognitionem misericarum, quas patimur in terris, sed etiam  
voluntatem & potentiam succurrenti nobis.*

### ARTICULUS II.

**N**on interrogô, nisi propria  
tua experimenta : Tu nô-  
sti, implorari auxilium  
Sanctissimæ Virginis ; est ne hoc  
in vanum ? An nemo est, qui ex-

peritus fuerit illud ? an nullius ex-  
auditæ sunt preces ! si ita esset, exaudire  
invocantes  
jam jam diu advertisset fraudem  
mundus, & spes nunquam non  
frustrata, tamdiu durate non po-  
B b b b b z tuisset;

Experi-  
entia  
ostendit, San-  
ctissimam  
Virginem  
redit &

tuisset; omnes enim succubuerunt tædio, postulando rem, quam nunquam obtinuerint. Verum absque intermissione invocatur ipsa, & semper invocata fuit, eò quod observatum sit, id nunquam factum esse inutiliter: praxis hæc perseverat & adaugetur indies, quod evidens veritatis est argumentum: Oportet firmissimè credere mundum, ipsam audire & exaudiere preces invocantium se, eòquod non cesseret invocare illam,

**Impossible**  
est, omnia  
miracula,  
qua refe-  
runtur de  
Sanctissimâ  
Virgine esse  
fallis.

Insuper vides, recenseri innu-  
mera gratiarum exempla, quas con-  
tulit invocantibus se; omnes libri  
referti sunt infinita multitudine mi-  
raculorum omnis generis, quæ &  
semper conspicta fuere, & hodie-  
dum adhuc conspicuntur in locis  
sacris, quæ frequentati solent à de-  
votis ad implorandam ipsius opem  
in cunctis necessitatibus. An cre-  
dere potes, omnia, de quibus in-  
valuit rumor, esse falsa. Haud as-  
sero, aliqua miracula non esse ad-  
ulterina, supposititia & conficta;  
concedam etiam, si velis, eorum  
esse plura; sed quæro, an ejusmo-  
di sint omnia, & an innumera hæc  
exempla, quæ à tot gravibus recen-  
sentur Auctoriis, non nisi meta-  
fint somnia, deliramenta, comen-  
ta? Procul dubio id imaginari sibi  
non potest ulla mens sana, oportet  
profectò aliquid ex ijs esse ve-  
rum, & verisimiliter etiam majo-  
rem illorum partem esse certissi-  
mam: Quis enim credit, tot per-

sonas fide dignissimas non enar-  
râsse nisi fallitatem? Necessariò  
igitur inde datur, Sanctissi-  
mam Virginem cognoscere invo-  
cantium se necessitates, ut etiam  
voluntatem ac potentiam habere  
illis succurrenti, eòquod lucu-  
lenter omnino id faciat.

Id bene concludit, fatebatur petronius, æquissimum est cede-  
re veritati tam publicæ, tamque go-  
matifestæ, ut universus orbis con-  
sentiat eidem. Ita procul dubio,  
novit Sanctissima Virgo, quid pa-  
tiamur, audit ipsa nostras preces,  
exaudire potest illas, id vult, id  
que facit; milles hujus rei vi-  
dere est experientias, quibus con-  
traveniri non potest; admittamus  
hoc velut certissimum; sed non  
capio, quomodo id fieri possit;  
quà ratione Sanctissima Virgo vi-  
det, quod sit, vel audit, quod di-  
citur, ubi non est? ipsa enim est  
in cœlis & Corpore & Anima, unde  
maxima usque ad terras est distâcia.

Id satis caperes, si considerares, quod ipsa clare intueatur essentiam Dei; & si scires, hanc essentiam esse speculum infinita ratione splen-  
didum, in quo Pater æternus vi-  
det seipsum, & totam infinitudi-  
nem entis increati, & omnia illa,  
quæ concernunt creaturas tam a-  
ctuales, quam possibles, & uni-  
versim, quidquid est cognoscibile, sive in ipso, sive extra ipsum.  
In magno hoc speculo divina suæ  
essentiaz intuetur is hæc omnia,

& aspicio ipsem efformat magnam hanc Cogitationem, quæ includit omnem cognitionis suæ infinitudinem, quācumque nos vocamus ipsius Imaginem, vel ipsius Verbum, vel ipsius Filium Unigenitum. Nec unicus Beatorum est, qui non videat eandem Essentiam totam lamine circumfusam, quam DEVS ipsemet videt; nec unicus est, qui non contempletur idem speculum, quod contemplatur ipse, quīque ibi non iaturetur, quod ipsemet intuetur; verum tamen est, quod id fiat ratione valde diversa.

*h̄i est speculum voluntarium, in quo Beatores diversimodo, quæ voluntate Dei illis ostendere.*

Siquidem respectu DEI est id speculum quoddam necessarium, & respectu omnium Beatorum est speculum voluntarium. Necessarium est respectu DEI, eoque impossibile sit, contemplationem ipsius arctatam esse, vel limitatam; videt is omnia, & totaliter, & necessariò, & nihil potest latere ipsum: Sed respectu omnium Beatorum est speculum voluntarium, eoque ipsi non videant, nisi quantum DEUS vult: Nemo ex eis in particulari, nec omnes simul juncti videre unquam possunt, quantum DEUS videt, sed quilibet tantum videt, quantum DEO placet ostendere ipsi, & juxta magnitudinem luminis, quod quivis possidet. Lumen glorie, quod confert DEUS cuivis Sanctorum, ad elevandum ipsius intellectum magis vel minus ad sublimem hanc,

& prorsus admirabilem capacitem, vi cuius intendere suos posse oculos in splendorem ejusdem speculi Essentie Divinæ, quam contemplatur Deus, impetratur animæ privilegium, ut videat ibi, quod ipsemet Deus videt, non totum & totaliter sicut ipse, sed plus vel minus juxta capacitatem sibi ab ipso communicatam. Posito igitur hoc principio certo ac indubitate nihil restat, nisi ut videamus, quæ consequentia inde deducantur evidenter, quæque clarissime ostendent sibi omnia, quæ noscere desideras.

Sequitur igitur primò, quod si Prima concurat ille, qui oculos apertos habet sequentia, coram Speculo, videat ab initio speculum, & postea seipsum, & omnia, quæ ipsi in hoc speculo representantur; Sic omnes Beati, qui contemplantur Essentiam Divinam, videant ante omnia admittendum hoc speculum, quod ostendit ipsis infinitam suam pulchritudinem, & deinde videant in eo seipso, & portionem glorie, quam Deus concedit ipsis; & ultra hoc videant ibi adhuc omnia alia, quæ placuerit Deo ipsius ostendere, ut nihil abscondat illis eorum, quæ contribuere possent ad perfectam ipsorum beatitudinem.

Quilibet igitur diversimodè videt id, quod concernit se in partibus Sanctoculati, id est, omnia, quæ è ipsis sunt, quæque oblectare in Essentia Dei.

Bbb bbb 3 sum

hom possunt: Exempli gratia, suos consanguineos, suos amicos, suos devotos, successum boni, cuius ipse fuerat causa; omnia haec videt in Deo, in quounque mundi accidente loco; distantia igitur locorum nihil hic facit, eoque non videat illa velut absentia in loco a se remoto, sed velut presentissima in speculo ipsa representante suis oculis longè perfectius, quam si videret illa in semeripisis.

Secunda  
consequen-  
tia.

Sequitur igitur secundò, quod juxta mensuram, quā aliquis Sanctus habet plus luminis gloriae ad aspiciendum perfectius Essentiam Dei, habeat etiam majorem hujus luminis amplitudinem ad aspiciendum cetera omnia, quae ipsum concernunt, vel quae ipsum oblectare possunt; cujusmodi sunt, qui extiterunt velut cause universales majoris gloriae Dei, vel salutis animarum: Exempli gratia, Sancti Apostoli, qui propagarunt fidem per universum orbem; Sancti Doctores, qui fuerunt lumina Ecclesie; animosi Missionarij, qui acquisierunt Provincias & Regna IESU Christo, quique ipsis cognitionem deportarunt inter infideles Nationes; Patriarchae Ordinum, qui diversas instituerunt Religiones, & post le duxerunt tot millions animarum ad celum, ad recipiendum ibi mercedem infantorum bonorum, quae operati sunt sequendo ipsorum regulas; illi, qui donarunt luci tot liberos devo-

tos, è quibus millionum miliones animarum hauserunt cognitio nem Dei, & desideria exantlandi tot bona opera.

Ut verbo dicam, quilibet San. Sancti co-  
storum clarissime videt in magno gaescue  
hoc speculo, quod contemplatur, omnia, qz  
fiant in omnia bona, quae ipsemet egit, mundo,  
quorum ipse est causa apud Deum, ab eo,  
& de quibus DEUS vult ipsum qd loco-  
gaudete; novit is preces ad te di-  
rectas, novit invocantium se ne-  
cessitates, quin distantia locorum,  
abi omnia contingunt, impediatis  
ipsum, eoque videat haec omnia  
presentissima in speculo, quod  
contemplatur, & absque eo, quod  
multitudine supplicationum ipsi por-  
rectum, vel magna frequentia  
necessitatum, quantum alleviamen-  
tum ab ipso petitur, confundat il-  
lum, eoque ipsis intellexui, cum  
sat amplius sit, satque robustus ad  
aspiciendum infinitam magnitudi-  
nem Essentiae Dei, cetera omnia  
minimam quid sint in comparatio-  
ne: Quid non vident, qui viden-  
tem omnia vident? Sed ut tan-  
dem ad principiam veritatem de-  
veniam, quam nosse desideras, quae  
concernit Sanctissimam Virgi-  
nem.

Sequitur tertio, quod Mater Tertis &  
Admirabilis, cum habeat plus lu- sequenti,  
minis gloriae, perfectius videat  
magnum speculum Essentiae DEI,  
quam omnes Sancti simi; adeo-  
que etiam videat in DEO clarissi-  
ma omnia, quae concernunt ipsam,

qua

quæque contribuere possunt ad conciliandum illi plenum perse-  
quimur oblationem. Jam cogita ipse tecum, & mature pon-  
dera, quænam hæc sint.

Cum primis videt ipsa associatam se Filio suo Unigenito in toto ma-  
gno opere Redemptionis mundi,  
sæque contribuere ad salutem om-  
nium peccatorum ; sed quia mag-  
num hoc opus nondum est absolu-  
tum, sed impletur & perficitur ad-  
huc quotidie, idè etiam quotidie  
ipsa adhuc concurrit cum Filio suo  
ad salutem omnium Electorum :  
Cum enim verum sit juxta testi-  
monium Sanctorum Patrum, quod non recipiant ipsi aliquam gratiam  
à Filio, quæ non transeat per ma-  
triam Matri, bene sequitur, ipsam  
curam suscipere omnia. Affir-  
mari igitur etiam potest, solici-  
dinem ipsius ratione quâdam æquè  
amplam esse, ac illam sui Filij, in  
hoc, quod concernit salutem pau-  
perum peccatorum ; si enim nec  
unicum Filius ipsius exclusit à be-  
neficio Redemptionis, sic etiam  
illa nec unicum spoliavit subsidio  
potentissimæ suæ intercessionis.

Sequitur ergo quartò, quod, sicut JESUS Christus perfectissimè  
novit ea omnia, quæ concernunt homines à Redemptione suâ de-  
pendentes, velut res, quæ spectent ad ipsum, ita Sanctissima Virgo illa clare quoque videat in speculo Divinæ Essentiæ, velut res, quæ plurimum attineant ipsam ; & si.

cut JESUS Christus audit omnes ipsofum preces, sic Sanctissima Vir-  
go etiam audiat illas ; sicut ipse cognoscit omnes eorum necessita-  
tes, sic etiam Sanctissima Virgo il-

las cognoscat ; sicut ipse potesta-  
tem habet & voluntatem illis suc-  
curendi, sic Sanctissima Virgo ean-  
dem quoque habeat ; & ut Verbo posse de  
completeat, non separamus Ma- Sanctissimæ  
trem à Filio, nec Filium à Matre, cur de JESU  
eòquod ambo communes sint fon- Christo.

tes felicitatis nostræ, cum hæc ta-  
men differentiæ, quod primarius  
sit Filius, secundarius sit Mater ;  
Filius sit vera salutis nostræ causa,  
& Mater sit filius Mediatrix ; Fi-  
lius tribuat pretium Redemptionis  
nostræ, solvat debita nostra è pro-  
prio suo thesauro, eòquod sit DEVS Misericors, & Mater sit  
economia, quæ disperdiatur om-  
nes pretiosas divitias è Thesau-  
ro Filij sui, eòquod sit ipsa Mater Mi-  
sericordiae : Credibile igitur est,  
ipsam solam majori valere poten-  
tiæ, quæm otantes simul servos, id  
est, quæm omnes simul Sanctos.

Sequitur ergo adhuc, quod ma- Consequen-  
gis proficuum mihi sit, esse devo-  
tum Soli Sanctissimæ Virginis,

tia quinta.

quæm si devotus essem cæteris omnibus tum Sanctis, tum Angelis sequitur, quod magis securus sim de salute meâ, si ipsa curam illius suscipiat, quæm si cæteri omnes Beati suas impenderent pre-  
ces, & omnem suum valorem ac fidem pro me : Et sanctus Ansel-  
mus

Quarta  
consequen-  
tia.

mus affimat & asserit nobis, quod ipse non orent, nisi in quantum extimulantur ab hac, ut orent pro nobis, quodque ipsa totum commoveat cælum, illudque urgeat, ut intercedat pro nobis juxta haec Sacri textus verbæ: *Gyrus cœli circnivi sola: Verba illius sunt hæc: Té Dominæ tacente nullus orabit, te autem orante omnes erubunt & adjuvabunt: O beatam & millies beatam animam, quæ totam se consecrat devotioni erga Sanctissimam Virginem! O beatam, quæ honorat ipsam! Beatam, quæ servit illi fideliter.*

Ecclesi. 14. 8.  
S. Anselmus lib. de oratione. Eccles.  
Idem citatus à S. Antonin 4. p. tit. 15. c. 14.

Anmirum sit, quod dicat alibi: *Sicut impossibil est, quod illi, à quibus MARI A oculos Misericordiae sua averiu salveniur; ita necessarium, quod hi, ad quos convertit oculos suos pro eis advocans, justificantur & glorificantur?*

Quid tibi videtur de hoc, Petroni, interrogavit Thrasilus; avides, quomodo Sanctissima Virgo audiat preces nostras, quomodo nostras cognoscat necessitates, quomodo curam agat pro nobis, potissimum pro ijs, qui devoti sunt ipsi, ipsamque invocant? An sa-

tis persuasum est tibi de summâ potestate, quâ valet apud Filium suum, deque maximo ipsius materno amore, quo impellitur ad opitulandum nobis?

Perfusum est mihi, respondit Petronius, sed ut verum fatear, nondum ex integro satisfactum est mihi: Experior deesse adhuc aliquid meo an mo, ut planè satisfiat ipsi, circa argumentum, de quo mihi loqueri: nescio tibi dicere, quid sit, nisi quod videatur mihi, quod dicentem te audiverim aliquid magis clarum, magisque accommodatum gustui meo, quando elapsò anno faciebas nobis è pulpito verba in die Assumptionis Sanctissime Virginis: Omnes tui discursus ex Theologiâ pulchri sunt & boni pro doctis hominibus, sed aliquantò nimium subtiles sunt pro plebeis, qui tam acri non sunt ingenio.

Thrasilus in hoc assensit ipsi, & ut accommodaret se capacitatiparvae hujus simplicium hominum, qui auditum se affluerant, cogitare, hæc ratione, uti intelliges, loquebatur ipsis.

\*\*



ARGU-

## ARGUMENTUM.

*Instructio familiarior, quā excitentur magis simplices ad devotionem erga Sanctissimam Virginem.*

## ARTICULUS III.

**Q**uā amplius occupamur negotiis in hāc vitā, quā plerumque nullius sunt utilitatis, dum interim non nisi unicum est nobis, & quidem absoluē necessarium, & est illud salutis nostra; si hoc cūremus sollicitè, sufficit, ceteris omnibus sepositis ac neglegitis; & si id solum negligemus, fecimus nihil, quando cetera omnia auspiciūsum fortia essent eventum; sed quidquid facere poterimus, nunquam faciemus satis, prout exponit nosratio salutis.

illam vivā fide, illāque firmiter imprimere animo suo, i.e., ab hāc sit abripienda & attollenda supra omnes res caducas, ut tandem nos cogeret excedere vivis. O Deus! faciamus omnia, & patiamur omnia, ut evitemus æternam animæ nostræ jačuram. O mi DEVS! faciamus impossibile, & toleremus insopportabile, ut salvemus ipsam in æternum. Ecce id unicum necessarium.

Thrasilus, qui dicebat hāc voce altâ, & maximo accensu fervoris ardore, probè videbat, hāc verba permagnam peperisse in auditoriis suis commotionem, nec aliud ipsos expetere, nisi assecutare, quantum possent, magnum negotium æternitatis suæ: Dicit igitur illis; Nihil video, quod ita assecutare vos possit, sicut devotio erga Sanctissimam Virginem: Novi quidem, ipsam esse nec DEV-M nostrum, nec Creatorem nostrum, nec Salvatorem nostrum; Novi non conferre illam nobis remissionem peccatorum, nec locupletare nos pretiosâ hāc gratiâ, quæ nos Sanctificet; non pronuntiabit ipsa sententiam finalem, & nunquam revocabilem æternitatis nostræ;

R. P. Ioseph Confaloni: Tom. III.

ccc ccc


JE.

JESU Christo soli exhibere nos oportet honores supremos, ac supremum cordium nostrorum amorem, & non illi, novi hæc omnia, & credo firmissimè.

Nihil post Deum ita assecutare potest salutem nostram sicut devotio erga Sanctissimam Virginem,

Verum novi quoque, non habitatum me accessum ad JESUM Christum nisi per illam; Novi salutem, quam ipse operatus est pro me, non fore mihi applicandam nisi per illam; Novi tandem, sanctam Ecclesiam à Spíritu Sancto gubernatam non decipi, quando indies ad Sanctissimam Virginem se se convertit in cunctis mundi partibus, suosque instruit filios, ut invocent ipsam velut Refugium peccatorum, velut Januam cœli, velut Matrem Misericordiaz, velut vitam suam, velut dulcedinem suam, velut spem suam. Estimo omnia hæc verba velut oracula cœli, quæ Spiritus Sanctus inserit ori Matris meæ, sanctæ Ecclesiæ, quæque me docet fiducialiter dirigere ad Sanctissimam Virginem: Gaudeo, me ita alloqui posse ipsam, meum id roborat animum; si enim hoc uti prohiberer idiomate tantam fiduciam non haberem salutis meæ: si hoc peccatorum Refugium non sua protenderet mihi brachia; si hæc janua cœli mihi non esset aperta; si hæc Mater Misericordiaz mihi sum occluderet finum; si hæc vita, hæc dulcedo, hæc spes mihi tolleretur, ubi esset solatum meum, Refugium meum, fiducia mea?

Verum nonne habes JESUM Christum penes te, interrupit Petronius, qui vetum est Refugium peccatorum, verè Janua cœli, verè D E V S Misericors, vita tua, dulcedo tua, & firmissima spes tua? Ita fateor, respondet Thrasius, JESUS Christus est nobis omnia; est thesaurus, qui completatur omnes divitias temporis & æternitatis: Sed quid proderunt mihi hæc omnia, nisi habuero accessum ad ipsam? Et quomodo accessum habere ad ipsum potero, nisi per Sanctissimam Matrem ipsius? Si quidem quando manifeste video, me non habuisse Salvatorem nisi per ipsam, & ipsam produxisse mihi illum ex propriâ suâ substantiâ, quomodo sperabo, me collectum fructus salutis, nisi per ipsam Mediaticem? Non immerito igitur tibi dico, devotionem erga Sanctissimam Virginem nobis omnino necessariam esse ad salutem nostram; & quanto majorem habuerimus devotionem, tanto nos habituros plus certitudinis, & consequenter neminem in mundo certiore esse de beatâ suâ æternitate, quam illum, qui plū habuerit devotionis erga potentissimam hanc Mediaticem nostræ salutis.



## §. I.

*Summè evitandi & timendi sunt, qui arguere  
volunt devotionem erga Sanctissimam Virginem.*

Stalter in DEVS certas civitates Refugij, ubi omnes, qui rei erant mortis ab commissum aliquod homicidium inopinatum, certissimi erant de salvanda vitâ suâ, quando illuc sese recipiebant. Et oleaster recesserat, sicut desumpsit ex antiquis monumentis Hebraeorum, quod DEVS, ut facile redderet hoc salutis remedium miseris, mandaverat duo: Primum, ut omnes viæ, quæ ducebant ad civitates illas, redderentur planæ & faciles: Secundum, ut, ubi occurrerent bivia vel trivia, quæ possent aliquem à reto tramite abducere, vel dubium de rectâ semitâ iniicere, illic collocaretur columna, quæ viam monstraret, ut nemo aberrare posset. Hoc sanè ingentis misericordia erat opus tempore legis, quæ non nisi rigorern spondebat.

Verum figura id erat, inquit Sancti Patres, quæ pollicebatur nobis in Lege gratiæ magnam quondam Civitatem Refugij semper apertam, ad recipiendum miseros peccatores, sempérque dispositam ad conferendum ipsis certitudinem salutis. Civitas hæc Refugij est Sanctissima Virgo, uti affirmat sanctus Joannes Damascenus, & sicut ipsamet revelavit

Sancta Birgitta, dicens illi: Nemo infelix ita oneratus est criminibus, qui spoliatur subsidio maternæ pietatis meæ, quique, si ad me confugerit, non revertatur ad DEUM per Intercessionem meam, & tandem divinam ipfius obtineat misericordiam. Intelligis hoc bene infelix peccator, & credis id firmiter.

Eccur igitur vecordi pusillanimitate dejectis? Cur parùm abest, quin in ipsam agaris desperationem? Eccur te ipsum fermè obruis immanni mole tuorum criminum? Surge, ambula, curre, salvâ te in hâc nostrâ Civitate Refugij, in quâ certus es, te non periretur: Portige manus ad Matrem Misericordiæ, clama ad ipsam ex medullis animæ tuz, & ex intimo ingemiscantis Cordis tui: Refugium peccatorum! Refugium peccatorum! O asylum infelicium peccatorum! O amabilis Civitas Refugij, ubi scelerati inveniunt securitatem animatum suarum, & abolitionem suorum Criminum! defende me ab inimicis meis, & custodi me à rigoribus Justitiae DEI, & fac, ut dum intorquet omnem suam iracundiam adversum peccata mea, non disperdat paupertem peccatorum. Ita, privilegium hoc

CCC CCC 2. est,

est; Admirabilis hujus Civitatis Refugij, modò confugeris intra muros ipsius, non habes, quòd metuas; Sed ne metuas egredi ex illâ, modò ejicias peccatum è penetralibus cordis tui; incallum opponet se Dæmon, nihil hic poterit.

Volebat Deus faciles & securas reddi vias, volentibus se salvare in Civitatibus Refugij; & modò vult omnibus esse accessum tam facillem ad Matrem Misericordiaë (qua vera est nostri Civitas Refugij) ut patvuli etiam infantes noverint viam, quæ ducit ad ipsam, mox ubi cœperint ambulare: Illicò enim pronuntiate docentur *Ave MARIA*, ubi primùm didicent aliquid effingere verba; per quod mox à teneris instruuntur sanctissimam invocate Virginem; Et tandem hæc maximæ ex parte est oratio; quam frequentius persolvunt per totum decursum vitæ suæ.

Inveniuntur autem & bivia in vijs eorum, id est, vix obliquæ, quæ volent abducere eos, & avertere à devotione erga Sanctissimam Virginem: Eheu! adhuc in malè auspicio nostro sacerculo inveniuntur, qui sub falso obtentu speciosæ pie-tatis, quæ simulacri videtur gloriam JESU Christi, se opponunt gloriæ sanctissimæ Matris ipsius, quasi Filius & Mater utriusque sui non amarent gloriam, & infirmitas Zeletypiarum humahæ accessum haberet ad corda ipsorum.

Ante aliquot annos astiti cuidam Historia Concionis in celebri aliquo loco co-memorata, frequenti coronâ populi, quam declamabat Vir quidem spectabi. Plorsanda, cujus tellus oculatus est. tenens locum in Ecclesiâ, quicunque sui temporis habebatur oratu-lum. Audiri tunc loquentem ipsum de devotione erga Sanctissimam Virginem, ea omnino ratio-ne, quasi cuperet ipsam reprehendere, volendo tamen à publicâ censurâ se reddere immunem: Et ecce dolor, quo utebatur, & malitiosam eloquentiæ ipsius frau-dem.

Movebat questionem; Quid nam esset devotio? Devotio, inquit, fratres mei, est actus virtutis Religionis: Jam religio respicit Deum; Devotio ergo similiter Deum respicit; erga Deum igitur habere oportet devotionem. His dictis siluit paulisper, ut tantò melius observarent auditores totum hoc principium, quòd ponebat, cuique superad dicare volebat totum suum machinamentum: Exin interrogabat eos voce familiari: Intelligitis bene hoc? advertitis bene, quid vobis dicam, quòd nempè erga Deum oporteat esse devotum? Et ex hoc resumens suum discursum tenuo quadam imperioso; ubi sunt, inquit, ij, qui dicunt se esse devotos Sancto Petro, devotos Sancto Joanni, devotos Virginis? Exin profundè inclinans se versus auditorium, aperuit totam amplitudinem oris sui, qua erat

erat à naturā admodūm magno, & voce, quæ referebat paulisper multum tauri, interrogavit eos: Hem, an Sanctus Petrus est Deus? longiusculo tempore ultimam producens syllabam, ut tantò majorem conciliaret commotionem: Et Sanctus Joannes an est Deus? Et Virgo estne DEUS? Est ne illa Deus? Non, fratres mei, Virgo non est Deus, non, ipsa non est Deus, erga Deum oportet esse devotum, Virgo non est Deus: post huc totum creatum se tenens, aspexit duabus manibus quadratum suum pileolum, ipsumque collo, cans ad extremitatem pulpiti, se disposuit ad faciendum maximam quandam commotionem, ita ut omnes etiam se disponerent ad auscultandum eandem, manentes quasi suspensi, & nescientes, quid vellent dicere.

Adiecte  
horrendum  
fusilam. Deinde sic erexit & aperto capite, junctis manibus, & digitis Crucis in morem sibi invicem implexis, concusso fortiter capite à vehementi passionis ipsum agitante exclamavit ex totis viribus suis: Deus Omnipotens, Pater, Fili, & Spiritus Sancte, mihi Creator, & Supremæ mihi Domine: Ex cunctis facultatibus animæ meæ, extotto ardore zeli ac fervoris mei, & ex tota fortitudine vocis meæ publico proclamo, pronuntio anathema, maledictionem, damnationem æternam in omnes, qui devotos se esse dicunt Virginis. Audivi

hoc cum duobus millibus alijs, & attonitus haesi, sicut & ipsi.

Sed ille cum probè adverteret, auditorio suo non placere tam absurdam propositionem, ut se aliquiter extra culpam poneret, conformans gestum mano per modum contemptus, multò submissioni voce dixit, neglectim & valde celeriter, quasi simulatè: Novi Fratres mei, distinctionem Theologorum; est devoratio suprema & subalterna, suprema est pro DEO, subalterna reddi potest Virginis; & per hoc præstat se voluit secundum; dicebat enim veritatem, sed affectebat tam leve fomentum pro enormi plaga, quam fecerat, ut nemo exin fuerit mitigatus; nescio etiam, an plures id adverterint.

Scio tamen, commotionem, quam excitavit in animis, per fulminationem tam impetuosa, tamque patheticam suorum anathematum, contra eos, qui devotos se dicunt Virginis, fuisse tam magnam, ut incola quidam Civitatis, quem noveram, domum reversus, ubi invenit sororem suam, quæ Sanctissimæ Virginis erat devotissima, mox ingenti invaserit ipsam & salutaverit injuriā, dicens illi: Si videro deinceps unquam devotam te esse Virginis, infringam tibi caput, & si invenero penes te rostrum, projiciam id in ignem; Unum astitiles concioni, quam audivi, nolles proscelid amplius Virginis esse

Cccc; devo-

devota; siquidem id est, esse ex-  
communicatum, &c.

Judicare jam potes ex hoc Ex-  
emplo, quod refero, sicut ipsemet  
vidi, quanta sit malitia hostium  
occultorum Virginis Sanctissimæ,  
quamque nocivi sunt effectus, quos

suis producunt fraudibus, absque  
comparatione peiores, quam quos  
profert bellum apertum manifesto-  
rum inimicorum ipsius, quibus  
proinde exspectandum aliud non  
est, quam confusio æterna.  
\* \*

## S. II.

*Confusio eorum, qui nolunt esse devoti San-  
ctissima Virgini.*

Justa repre- **S**lia medio immissæ hujus glo-  
bensus inde- bria, quæ circumfundit illam,  
votorum er- quæque ubivis impeditur illi; si  
ga sanctissi- in magno hoc splendore, qui  
mam Virgi- ostendit illam toti Ecclesiæ, sicut  
nem,

ipsa apparuit Sancto Joanni, totam  
azimam sole; si in universali hoc  
concurso omnium statuum, om-  
nium regnum, omnium condi-  
tionum & statuum declarantium se  
ipsi devotos, ipsiusque fideles ser-  
vos inveniretur quisquam in parti-  
culati, qui opponere se ausus, tor-  
senti universali, contradiceret, re-  
prehenderet, despiceret occultè in  
corde suo devotionem tam sanctam,  
tamque approbatam & confirmata-  
m à Deo, ab Angelis & homi-  
nibus, pro quo habendus foret?  
Nonne dici debet ipsi?

Patve vermicule terræ, an sub-  
versam in te solum putas totam  
machinam orbis? Patve abortus  
nihili, an extinctorum te credas  
gloriam, quæ replet cœlum & ter-  
ram? Impie emissarie inferni, quis  
igitur es, ut cruce contendas è

corde Christianorum, devotionem,  
quæ non minores radices egit in  
ipsorum animabus, quam illa, quæ  
prolequantur ipsummet JESUM  
Christum? Nonne moliri te vi-  
des rem impossibilem? contra  
quam cum infernus jam millies va-  
nos suos exercere tentaverit adnusus  
cum omnes hæreses omnem suam  
exonerariat rabiem ad destruc-  
dum ex integro illam, quin tamen  
unquam immixtuere illam potue-  
rint vel in minimo; imò potius  
serviēint hæc omnia, sicut aqua-  
rum guttae projectæ in fornacem  
fabri fertaj succendent illam ma-  
gis; tu solus non conficies id, quod  
omnes simul confidere non po-  
tuerunt.

Nonne jam tempus sit tuum agi-  
noscendi errorem, tuamque im-  
potentiam? Nonne tempus sit di-  
cendi ex affectu veri doloris & sin-  
ceræ humiliationis, id quod dixer-  
unt Judæi è futoris & desperatio-  
nis vehementia, postquam tantis  
persecutionibus prosciderant JE-  
SUM

100. 12.  
112.  
SUM. Christum: *Videtis, quia vi-*  
*bil proficimus; Ecce mundus totus*  
*post eum abiit; Video bene, tem-*  
*pus esse perditum, nōque affec-*  
*turos nunquam, ut avertamus*  
*mundum ab ipso; quanto magis*  
*enim id efficere contendimus, tau-*  
*cō magis augeri videmus turbam*  
*sequentium ipsum.*

Nōnne similiter videmus, deve-  
tione erga Sanctissimam Virgi-  
nem augeri & perfici indies, nume-  
rūmque eorum, qui totos se ipso  
deovent, illam honorant, illi ser-  
viant, manifestè excrescere per va-  
nas impiorum, qui illam incassum  
iminuere conantur, opposicio-  
nes? Quid lucraberis adhærendō  
sceleratae turbæ? quid honoris,  
quid voluptatis, quid emolumen-  
ti hauries exinde? Quid honoris,  
dum reddis te odiosam ac despica-  
bilem oranibus viris bonis? Quid  
voluptatis, dum circumferas animam  
inquietam, & millenis implexam  
fastidijs, dumque tui ipsius tantò  
afficeris pudore, ut abscondere te  
oporteat, ac celare pessima men-  
tis tuæ sensa? quid emolumenti,  
dum manifestas tibi ipsi comparas  
finalis reprobationis notas; dum  
teum te facis innumerorum scele-  
rum, coram terribili judicio Dei;  
dum intendere non potes alijs  
præmijs laboriosæ defatigationis,  
quam illis damnationis æternæ?  
Pondera enim paupisper, an ma-  
gnus Judex vivoꝝ & mortuo-  
rum severissimè castigaturus non sit

injurias Sanctissimæ Matti suæ il-  
latas?

Hem! Fratres mei, licet hic mihi exhortatio  
hi vobis pauca loqui juxta sensum efficax ad  
meum, (sicut magnus Apostolus devotionē  
loqui desiderabat Corinthijs.) Ob-  
serga san-  
ctissimam Virginem  
Christi, & per mansuetudinem  
dulcissimæ Matris ipsius, si ipsorum  
non tangit vos miseratione, tangat  
vos saltē miseratio vestrum ipso-  
rum; respicite vos velut errabun-  
dam quendam in horrido quedam  
deserto, qui nesciat, nec ubi sit,  
nec quid faciat, nec quo sit eundum,  
& vestros levantes oculos  
versus montes sanctos, aspicite  
Sanctissimam Virginem totam Ma-  
jestate & gloria circumfulam, ac se-  
cum & post se deducentem totam  
innumerabilem multitudinem præ-  
destinatarum, & dicite vobiscum  
ipsis: *Ecce mundus totus post eam*  
*abiit:* Anima mea, nōnne vides  
omnes currere post illam? hi om-  
nes qui frequentant viam cœli, ip-  
sus se consecrant servitio, & singu-  
lariter erga ipsam devotioni: an me-  
lius facere posse, quam illorum  
accensendō te sociari? An certio-  
rem obtinere posses salutis tuæ se-  
curitatem, quam imitandō tam  
egregia exempla, tēque illorum  
more devovendi ex toto corde tuo  
devotioni erga potentissimā hanc  
Mediaticem salutis hominum?

Aspice, quam tandem affecuti  
sint metu ij omnes, qui hanc  
frequentarunt semitam: Videbis

eos

eos omnes in celo cum ipsa, ubi illam laudabunt, illi gratias exsolvent in aeternum de eo, quod obtinuerint gratiam, & gloriam, & possessionem Dei per potentissimam ipsius intercessionem. Nonne melius sit imitari Sanctum Bernardum, Sanctum Ildephonsum, Sanctum Anselmum, Sanctum Bonaventuram, Sanctum Bernardinum, innumerisque alios Sanctissimae Virginis devotos Clientes, quam sequi aliquem Ebionem, alii quem Nestorium, aliquem Jovianum, aliquem Helvidium, alii quem Lutherum, tuncque alios infames haereticos, qui se declarant inimicos devotionis erga sanctissimam Matrem Dei? Nonne vides, ipsorum memoriam esse execrandam in mundo, dum intemperant illorum animae ardent & furunt ex desperatione in inferno?

Prospice rebus tuis, anima mea, probet attende, de quo agatur: non quarto ex te, an petire velis in aeternum, novi enim, te id velle non posse: Statuo ergo tecum imitari Exempla Sanctorum, & deinceps devotissimus esto Sanctissimae Virginis. Et in primis concipe in animo tuo maximam affectionem, & in corde tuo ardentissimum amorem erga illam; & exinde declarat palam, te spectare ad ipsam, tuum dans nomen alicui Confraternitatum ipsius celebrium magis, magisque approbatarum ab universa Ecclesia: Exhibe indices

speciale aliquod ipsi obsequium, nec id unquam intermitte; omnia ipsius Festa singulati cum devotione celebra, te disponendo per jenitatem & penitentiam, ad recipiendum dignem in Communione Benedictum fructum Ventris ipsius; porta tecum Rosarium illiusque sapere recita eadem cum reverentia, ac si ad pedes ipsius jaceres prostratus. &c.

Hanc exhortationem pronuntiavit Thrasilus tantò cum zelo, tamque delibutus Spiritus Sancti unctione, tamque diu produxit allam accumulans rationes rationibus, argumenta argumentis: ut omnium inflexerit corda, eosque ipsum suis imbuerit affectibus a sensis, totidem ex illis faciens magnos ac devotos Sanctissimae Virginis clientes. atque Cultores: apparebat autem tam manifeste, ipsos omnes persuasos esse ac Convictos, ut legi potuerint in ipsorum vultibus proposita ac Confilia, quæ unusquisque formabat interior: Quilibet ipsorum formate videbatur in particulati promissionem, quæ par etat voto, quod tota vita sua ex integro consecrate se vellet ipsius honori, ipsius devotioni, ipsiusque servitio: Et ut media huc pertingendi illius redderet facultas, conclusit totam Consultationem afferendo illis Exemplum, in quō vera declaratur praxis devotionis erga sanctissimam Virginem,

Nota

Nota mihi erat, inquit illis, animæ quædam admodum devota sanctissimæ Virginis, quæ conficerat sibi ipsi aliquam hujus imitationis methodum, quam à Confessione suo approbatum uidelicet manuavit executioni, fructuique ex illâ hauis maximum. Incipiebat ipsa Exercitium suum à Die Sabbatho, velut die, quæ specialiter devotioni Sanctissimæ Virginis consecratur, & hæc die proposuit sibi imitationem profundæ ipsius humilitatis, quam alpiciebat velut fundamentum necessarium, sine quo nec edificari, nec stabiliti posset unica virtus in amissione; & hec etiam virtus est, quæ attraxit oculos Dei supra Sanctissimam Virginem: *Respxit humiliareno ancille sua;* Omnia ipsis exercitia rendebant hæc die ad magnum sui ipsius contemptum; unde & tandem evasit humiliatio.

Die Dominicâ, quâ solemine sibi habebat Sacra postiri communione, aspiciebat admirabiliter ipsius Maternitatem, Virginalem ipsius partitæ conjunctam, quam imitari conabantur, recipiebas in illâ maxime quâ poterat cum puritate, eundem Filium Dei Incarnatum, quem sanctissima Virgo in Virgine suo portaverat utero, & convertans cädentiatione cum ipso, qua credere poterat id fecisse Sanctissimam Virginem.

Die Lunæ considerabat ardenter illam formacem amoris divini,

R. P. Iancus Consultor. Tom. III.

qui æstuabat in corde Sanctissimæ Virginis, dum inclusum getebat illum in sinu suo; & hæc die non nisi continuas exhalabat aspiraciones modo erga JESUM CHRISTUM, cui dicebat ea omnia, quæ amor ipsi fuggerere tunc poterat; modo erga Sanctissimam Virginem, apud quam conquerebatur Iespius dicens: Sanctissima Virgo, ama, atna illum pro me & te; ah! quod amare ipsum non possim, sicut tu! Eheu da mihi parum quid ex hæc abundancia.

Die Martis proponebat sibi Exemplum incomparabilis charitatis, quæ sanctissima Virgo prosequebatur omnes miseris mortales, & comparans illam cum infinito amore Dei Patris, de quo scriptum est: *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum Unigenitum daret,* dirigebat eadem verba ad sanctissimam Virginem. Itane ergo, ô Mater Admirabilis, dilexisti mundum, & ita dilexasti me in particulari, ut mihi dares Filium tuum Unigenitum, hæc me beans felicitate, ut Iespius recipere mihi liceat ipsum in sacra Communione. Et ut imitaretur ipsam, inquisebat magno cum zelo occasions exhibendi proximo omnia bona, quæcumque poterat.

Die Mercurij aspiciebat Sanctissimam Virginem vefut ambulatorem in terris, & nihil orainus convertantem semper in celis; Considerando scilicet ipsius recollectione-

Ddd ddd nem,

nem, ipsius molestiam, ipsius mansuetudinem, ipsius silentium, atque continuam præsentia DEI memoriā; dumque perpendebat; quā ratione omnes suas perficiebat actiones, imitati conabantur ipsam in interiori & exteriori compositione suā, ac si semper præsentem haberet ipsam oculis suis, & quantum poterat, omnes actiones suas eā ratione perficere satagebat, quā perficere videbat ipsas Sanctissimam Virginem.

Die Jovis ruminabatur continua servitia, quā Sanctissima Virgo exhibuit IESU Christo per totum discursum vitæ suæ, cūm non fecerit, nisi unicum solum necesarium, & renuntiaverit universaliiter ceteris omnibus, ut non nisi unicè devoveret se ipso soli: admirabatur in hoc ipsius felicitatem, hanc sibi exoptabat, & sanctā quādam erga ipsam ferebatur invidiā. Anima mea, dicebat sibi ipsi, in hac fideli imitatione constituere te oportet devotionem tuam præcipuum, deseramus omnia, & non sumus, nisi solius IESU Christi: Quid nobis est opus reliquias, omnia transiunt, omnia inutiliter nos occupant, omnia evanescunt velutifimus: IESUS Christus solus sufficit mihi; per solitudinem, silentium, separationem ab omnibus creaturis, subducamus nos, quantum possumus, cunctis vanis occupationibus mundi, ut non sumus nisi illius.

Die veneris sequebarur Sanctissimam Virginem usque ad Monitem Calvarię; cūmque intenderet contemplationi ipsius juxta crucem, quā tota similis erat passione Filij sui Unigeniti, & aspiceret Martyrium amoris, quod suscerebat ipsa in corde suo, nitebatur eosdem cum ipsā induere affectus & sensa; moriens ex amore Filij & Matris mundo, ipsius desiderijs, ipsius affectibus, sibi ipsi, & omnibus ijs, quā Deus non sunt ut vivet amplius nisi Deo soli. Aspiceret ipsa depositam loco Sancti Joannis, cui IESUS Christus moriens Sanctissimam suam donavit Matrem, velut totam hereditatem, quam possidere debet in terris; dicens ipsi: *Eccce Mater tua;* & Evangelium dicit: *Accipit eam discipulus in sua;* id est, quod receptorum ipsam solam pro omnibus bonis: desuper renovabat & congreginabat vota sua, quibus exoptabat per totam vitam suam devoveri servitio Sanctissimæ Virginis, recipere ipsam in suam Matrem, & semper imitari illam pro viribus.

Exercitio ipsius hebdomadario ita feliciter absoluto, incipiebat sequenti hebdomate, eadem ratione, sed novo prosus fervore & majori fidelitate, se semper magis exstimulatam experta ē fructu, quem inde hausit, copiosissimo inspice & fac: aspice hoc exemplum,

plum, & sequere illud, si ve-  
rè devotus es Sanctissimæ Virgi-  
niæ: Benedic te Deus æternum,

si inchoaveris & continuaveris  
hoc exercitium, quod om-  
nino Sanctum est.

## CONSULTATIO XXX.

*Corona, ubi agitur de Coronatione Sanctissima  
Virginis, qua etiam est conclusio & Corona totius Hu-  
jus operis.*

**V**ALEDICERE volebam  
Charitativo meo  
Ductori, qui de-  
duxerat me sem-  
per, mihiq[ue] ad-  
diderat animos  
mox ab initio intineris, quod su-  
scipi, ut cognoscetem vastissimam  
amplitudinem excellentiarum San-  
ctissimæ Virginis. Sperabam à  
principio, me facile cognitum  
illas, favente insigni doctrinâ, quâ  
noveram pollere ipsum; saltem  
confidebam, visurum me illarum  
præcipuas, quarum pulchritudi-  
dinem exin considerare possem  
præ commodiitate meâ; sed deinceps  
expertus sum, spem meam  
fuisse vanam, nimiumque debiles  
meos oculos ad supportandum tan-  
torum solium splendorem. Si  
quidem verum est, modicum hoc,  
quod exin videre potui, esse ferè  
nihil in comparatione cum rebus  
tut alijs perquam pulchris; quas  
non nisi admodum à longè perce-  
pi, quæque me, cum viderentur

mihi velut ignes Montis Vesuvij,  
nec Montis Ætnæ, quibus appro-  
pinquare audet nemo, ne forte  
consumatur, tam magno, sed &  
quo perculserunt timore, ut abire  
illas permiserim, admirando tan-  
tum easdem, & maluerim hono-  
rare illas venerabundo silentio,  
quàm profanare discursu humili &  
abjebo, sicut cum cæteris feci, ubi  
non immetitò vereor, me debitâ  
reverentiâ prosecutum non fuisse  
tanti Majestatem argumenti.

Interim aspiciens me, ut cre-  
debam, ad metam itineris mei,  
persuasus, quod amplius sequi non  
possem Sanctissimam Virginem,  
et quod cœlum rapuerit illam ex  
inferiori hoc mundo, putabam  
aliud mihi amplius agendum non  
restare, nisi ut applauderem ipsi  
de summa, quâ replebatur, felici-  
tate, meamque possiderem ani-  
mati in pace contemplando pa-  
cem Animæ ipsius. Et hinc am-  
plius nil meditabat, nisi grates re-  
pendere illi, qui tot bona mihi

D d d d d' u im-